TRANIO SVVS. THEVROPIDES SENEX.

Quid tibi uiſu ē mercimonij. The totus gaudeo.
Tra Num nimio emptę tibi uident. The nunq̃ edepol ego me ſcito
Vidiſſe unq̃ abſectas ędeſ niſi modo haſce. Tra ecquid placent
The Ecquid placent me rogaſ. imo hercle uō pplacent
Tra Cuiuſmodi gynecheum. qđ porticū The inſanū bonā
Non equidem ullā in publico eſſe maiorem hac exiſtimo
Tra Quin ego ipſe & philolacheſ in publico omnis porticus
Sumus commenſi. The quid igitur. Tra longe omnū longiſſima ē
The Dij imortaleſ mercimonij lepidi hercle nc ferat.
Sex talenta magna argenti pro iſtis preſentaria
Nunq̃ accipi&. Tra ſi recte accipere cupies ego nunq̃ ſinam
The Bene reſ noſtra collocata eſt iſtoc mercimonio
Tra Me ſuaſore atque impulſore id factum audacter dicito
Qui ſubegi foenore argentum ab daniſta ut ſumer&
Quod iſti dedimuſ arraboni. The ſeruauiſti omnem ratem
Tra Nempe octoginta debent huic minę. The at immo amplius
Hodie accipiat. Tra ita enī uō ne qua cā ſubſi&
Vel mihi denumerato ego illi porro denumerauero
The At enim ne quid captioni mihi ſit ſi dederim tibi
Tra Ego ne te ioculo modo auſim dicto aut facto fallere
The Egon abſte auſim non cauere ne quid cōmittam tibi
Tra Quia tē unq̃ quicq̃ poſtq̃ tuus ſum uerborum dedi
The Ego enim caui recte. Tra eandem iṁis gratiam. The atq; animo meo
Sat ſapio ſi abſte modo uno caueo. Tra tecum ſentio
The Nunc abi rus dic me aduenisse filio. Tra faciam ut uoles
The Curriculo ubi iube in urbem ueniat iam ſimul tecū lic&
Tra Nunc ego me illa per poſticū ad congerrones conferam
Dicam ut huic reſ ſunt quietę atque ut hunc hinc amouerim.

ADVERSITOR. DANISCVS. THEVROPIDES SENEX.

Hic quidem neque conuiuarum ſonitꝰ itidem ut antehac fuit
Neque tibicinam cantantē neque alium quēq̃ audio.
The Quae illec reſ eſt. quid illic homines querunt apud edis meas
Quid uolunt. quid introſpectant. Da pergam pultari hoſtium.
Heuſ reclude heus tranio etiam aperis. The quę hec eſt fabula
Da Etiam ne apiſ. callidamati noſtro aduerſum venimus.

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 118v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/118v)